

34. *T. christobalensis* Kränzl. n. sp. — Radices copiosae, longissimae. Caules elongati, leviter fractiflexi, ad 20 *cm* longi v. ultra, foliosi. Folia disticha, longe vaginantia, vaginae sublaxae, in petiolum contractae, folia in laminam obovatam, obtusam, apiculatam dilatata, vaginae cum petiolis ad 2 *cm*, laminae ad 4 *cm* longae, 1.5 *cm* latae, pergameneae. Pedicelli sub anthesi terminales visi, post anthesin innovatione laterales, graciles, 15 ad 20 *cm* longi, passim vaginulis vestiti, apice pauciflori, satis laxiflori, floribus succedaneis, bracteae parvae, vix 2 *mm* longae, ovatae, pedicelli cum ovariis tenuissimi, ultra 3 *cm* longi. Sepala triangula, acuminata, trinervia, leviter carinata, 1.5 *cm* longa, basi 5 *mm* lata. Petala rhombea, longe acutata (nec tamen proprie acuminata), margine minute ciliata, 5-nervia, nervis vix conspicuis, satis distantibus, 2 *cm* longa, 1 *cm* lata. Labellum concavum(?), transverse ellipticum, basin versus paulum angustatum, utrinque angulatum, brevissime apiculatum, margine manifeste fimbriatum, 15-nervium, nervis omnibus vix conspicuis, basi callo dense piloso, semiorbiculari praeditum, totum labellum 1.5 *cm* longum, 2 *cm* (v. ultra) latum. Omnia phylla pallide lutea, sicca diaphana, callus luteo-brunneus mihi visus. Gynostemium glabrum.

Costa Rica. Bei San Cristobal (Endres n. 512!).

Ein ziemlich kurzprossiges Sympodium. Es waren zahlreiche alte Blütenstände vorhanden, deren jeder einmal terminal stand und später durch den Erneuerungssproß in die laterale Stellung abgedrängt wurde. Die Blätter haben eine lange Lebensdauer, ich zählte deren 13, von denen die ältesten sicher mehrere Jahre alt waren.